



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. An externis & peregrinis cariùs leceat vendere merces quàm indigenis? & quæ pœna falsantium justas mensuras, ac pondera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

reditus, decimas &c. vel utrum annexum sit antecedenter, ita ut temporale tale subiectum v.g. sit, cui spiritualis consecratio, aut benedictio supervenit, prout Ecclesia, coemiterium, vasa alia Ecclesiasticum sacris usibus deputata, consecrata, aut benedicta &c. quibus ut subiectis consecratio, aut benedictio supervenit &c. Priore modo, si annexum sit temporale spirituali, vendi tale jus temporale sine Simonia (saltem juris positivi) non potest (nisi autoritate legitima à jure spirituali separatum sit) cum jus tale percipiendi redditus temporales, decimas &c. fundetur, & radicitur in jure spirituali, & sit quasi unum jus, quod immediatè ad spirituales functiones, mediatè autem ad temporales fructus terminetur, & consequenter uno vendito, alterum non relinquatur invenditum, juxta relarum *Can. si quis objecerit*; si verò posteriore modo, antecedenter annexum sit temporale spirituali; aliqua eorum, quorum materia usibus profanis servire non potest, prout se habent Ecclesie, Lapides, ligna &c. coemeterij ab Episcopo benedicti fundus &c. vendi non possunt, alia verò, quæ contracta, usibus profanis ratione materie servire possunt, vendi possunt, ut ex superiore §. patet, ita tamen, ut in eorum venditione, si immobilia sint, aut mobilia pretiosa, serventur, quæ circa alienationem talium rerum servari debent.

•§*•§•

§. IV.

An externis & peregrinis liceat vendere mercem quam indigent, & qua sit poena falsantium justis mensuras, ac pondera?

AD priorem questionem, *Cap. placuit, l. h. t.* cum iustum tempus respectu cuiusvis semper observandum sit, quod circa res tales bonæ vitæ necessarias non cuiuslibet arbitrio liberum relinquatur, sed sæpe à magistro prescribitur, diversum quidem nunquam pro extraneis, ob iustam causam, & pro iacolis, nunquam excessivum.

Ad alteram questionem, si in antiquo Canonico, quando ad hoc erat Canonum penitentialium, sit, responsio peti debet, cuius tamen hodie usus non est, de jure civili questio moveatur, *penult. ff. ad Legem Cornel. de falsis* responsio peti potest.

§. V.

An venditio vel emptio in qua pretium ultra, vel infra dimidium justum sit invalida, vel saltem rescindi possit?

SI venditor nec dimidium pretii, & emptor pretium, tempore contractus accepit, & sic infra dimidium justum pretii læsus fuerat, valet quidem venditor agere tamen potest venditor contractum rescindere, & petere, ut vel relictæ conditione, res vendita sibi restitatur, vel justis pretii defectum suppleat.